

\* P \* V \* I \* S \*

\* 1 \* 6 \* 2 4 \*

- I. Paraphrasis Psalmi LXXXII M. Jacobaria Wennebergeri  
 Psalmi Davidici 121. 91. 125. 124. Gregorij Berkmanni.  
 II. Gene de Christo recens nato Jacobini Flemingi.  
 III. Lessius Cesareus Cyriaci Theresianari sui obitum Rudolphus Imperatoris.  
 IV. Soteria Dr. Johanni Georgio Saxonum Ducis Academia Wittbergensis.  
 V. Votivus applausu Dr. Abt; Principi Anhaltino administrationem principatus Cisalpinorum suscepit Fiderici Theodore Gorlicius.  
 VI. Teosq[ue] Christus regnus ad Dr. Augustum Principem Anhaltinum Flemingi causa socius vestan regnum M. Leti à Jera.  
 VII. Epitalamium Marii Fiderici Wendelinus ad Dr. Augustum Ducem Brunsvicensem.  
 VIII. Epitalamium ad eundem principem Jani Cremeri.  
 IX. Elogia Gregorij Berkmanni Rudolphi Peini;  
 XI. Teosq[ue] Christus Dr. Rudolphi Peini: Anhaltino scripta à Collegis scola Servatae.  
 XII. Epicedium in obitum Dr. Rudolphi Peini: an  
 XIII. Strena Poetica Christophori Heroldi.  
 XIV. Euerela Saravontonis et Biomea.  
 XV. Gregorij Berkmanni in pontem sublitionem  
 Iesuensem Caner Exequaciorum.  
 XVI. Poachini Flemingi sicutum scholasticum.  
 XVII. Abrahami Vibici Diagraphe Laboris  
 Scholastici.  
 XVIII. Coronis Collegio Disputatorio et Oratorio  
 imposita.  
 XIX. Typus Depositionis Sc. Solastiae Fig  
 derici Widebrani.  
 XX. Bulla et amuletum M. Blasii.  
 XXI. Ida honoribus Dr. Daniilis Blasardi.  
 Dr. Johanni Christophori Hartmanni Dr.  
 Philippi Neudlizigeri. Dr. Matthei Coleri  
 Doctorum scripta.
- XXII. Gratiarum Actio M. Johannis Copperij post Magisterij actum pronunciata.  
 XXIII. Exequaciorum Cerevisie Servante Danielis Berckingeri.  
 XXIV. Desortatio à Catenis.  
 XXV. Germania ad Principem epistola Abt:  
 Martino Preterio.  
 XXVI. Votum Schola Vesaliensis.  
 XXVII. Teosq[ue] Christus ad Dr. Johannen Stunium.  
 XXVIII. In honorem Magisterij Dr. Johannis Copperij.  
 XXIX. Triginta Faverum M. Christiani Galli Italo-Saponis.  
 XXX. Adamus For Werdy Fiderici Ske  
 nis, Urresti Wulstwigg.  
 XXXI. Corundem  
 XXXII. Faverum 37. M. Theophilii Carrischer.  
 XXXIII. Johannis Cremeri.  
 XXXIV. In honorem Notariatus Valen  
 mi Gelani.  
 XXXV. Strena aryzanatum quadrifida  
 Christophori Heroldi.  
 XXXVI. In vestis Dr. Wolfgangi Malagi  
 G. V. D.  
 XXXVII. Cadeni 15. Nicolai Nay

+D<sup>o</sup> XLVI

an 45

IN NUPTIAS

Virtute, doctrina, jurisq; scientia  
ornatissimi juvenis

**DN. FRIDERI-**  
**CI HAMELII, LL.**

Candidati:

Viri amplissimi atq; prudentissimi

DN. FRID: HAMEL Senioris, in-  
clytae Reipub. Servestanae Primarii  
Consulis F. SPONSI,

E T

Honestissimæ fæminæ MARIÆ, Viri  
quondam dignitate & pruden-  
tia conspicui,

DN. ISAACI ZIEGLERI, Reipub. Serve-  
stanæ Consulis piè defuncti, re-  
licitæ viduæ SPONSÆ,

*Servesta Celebratas*

*Die VIII. Novembris, Anno Christi*

*M. D C. XIII.*

Carmina conscripta ab amicis &  
fautoribus.

*SERVESTÆ,*

Excudebat Zacharias Dörfferus.



140. D.

IN HILDE

DNBREDFERI

OR HANBRI

Contra

WILHELMUS DE BRUNN

D

IN HILDE

D





Ad doctrinam & virtute ornatis:

V I R V M

Dn. FRIDERICUM HAMMELIUM

LL. Studiosum Sponsum.

Κέιοσόν δέ γαμήσας η πρεσβύτερος.

I. Cor. 7. v. 9.



SSE, docet Paulus, satius, sibi jungere nu-

ptam,

Quām gerere usta malis corda cupidi-

nibus.

Verē etiam dixit præsul Paphnutius olim :

Synod.

Virginitas vera est, connubialis amor.

Nicen.

Reste ergo, FRIDERICE, facis, quòd cœlibis, audes,

Contemtor vitæ, vincula subire tori,

Adsciscisque tibi Sociam, qua conjugé dignus

Esse clues: Sed te digna quoque illa viro.

Vtque sui radiis splendescit nupta mariti:

Vide Confit.

Eximium confert sic decus illa viro.

Newell.

Ambo estis virtute pares, Majoribus ambo:

Esse in amore pio vos precor usque pares.

Vestra ita progenies extendet latius orbem, &

Civibus implebit splendida tecta poli.

M. Iohan. Theopoldus.

Augustinus libro de Sancta virginitate.

Dicimus meliorem conjugatam modestiam, & obedientem, quam  
sit virgo Superba, & contumax.

Tripart.his.lib.2.cap.14.

Paphnutius confessor surgens in medio, honorabiles confessus est  
nuprias, & castitatem esse dixit, concubitum cum propria uxore.

A 2

ODE



ODE  
Ad Sponsum &c.



Εχλαδόντεσιν, Κυθέρεσσα, ἦβη<sup>ν</sup>  
δηρινιοῖσιν θεμένη πόνοντε  
πικρὸν, εἴσω Αμμελίοιο ψυχῆς  
ἐκγεζαίας

λεπτὸν ἀσβέστοιο πυρέος χάραγμα  
παῖδες ἀλγίσιο οὐώ χαρεῖας;  
Ἄ τόποι! οὐαὶ μελέων αἵ τάξων  
κύκλειν ἰδρῶ!

οὐαὶ σκνάις παφίνες, Αθίνης Γ  
Αμφίσχερενής ἐνάρεν νέοιο  
δηρὸν αἰληληστριάλιν ἐχάραιν,  
δὴ πτοῦσαρε!

πατλὰς ἡ τῆθη, περίγεντο κύπελοι,  
νόσφι, μᾶλα, ισαμένα παρειας  
δάκευσιν πλημμέραμ. Άλλα ἔρωτες  
Αμματανίης  
ἀπερ πορσησιν γερασῆς Φέρουτες  
χαρέμδυ, νηλὺς απαλὺν ζυγδο  
δεσμῷ ἥδη αἰγυῖλιν πιέσον  
τες πολυπλέκηται.

Πίπε δὲ, ὁ διην Κυθέρεσσα, διώ  
δεμνίοισιν μηνὶ γαμηλίοισι  
σοὶ θελαμεθέντεν νέον γαίοντε  
ἔμβαλες, ἦβη;  
εἰδόπικευτοῖσι θλετρανώσω  
στοικῆρυξ. μηνὶ ἐκάτοι αἰδελφή  
Φιλέαστ, οἱ ιερὸν, δισόχοισι  
ρίγεα θήρες

ΣΤΡΑΣΒΟΥΡΓΟ

στρωμαῖς πόρρω μελέων αποῆσαι,  
μην παλαιοῖσιν Δαναοῖσιν ιεράς,  
ἴσφη γένεσιν αἰκαλια, ἢ πιθοί,  
ιεράς· ἔρωτι

Φίλα. Τέσσοισιν Κυθέρες ἔρωτε  
μηδεστιν, κενδύν γάμον αμβάλον  
μηταξίς δύειν· τόσου σειο πάτερ  
τυμφίε θεμάτι.

Αὐτάρ οὐψισον καλέσθιν αἰκαλίσοις  
πεῖστον οὐχιλῆσι, θέμεθλα ταῦχας  
εἵρραγη, καὶσον χθονίσις περὶν ἔργοις  
πεωάμψη ήσθι.

M. Marcus Fridericus VVendelinus,  
Gymnasii Rector.



A L I U D.

**H**Ameli, quid, Sponse, rogas tuos nunc  
Ult toros odā decorem jugales,  
Inter argutos aliquid strepamq;  
Anser olores?  
Mens quidem gestit tibi lēta quævis  
Scribere, at dudum mihi Musa squaleret.  
Ne tamen fallam aut tua vota turbem,  
Accipe pauca.

A 3      Scripsit

*Augustinus lib.  
a. cap. 34. con-  
tra Pelagium  
& Celestium.*

Scripsit insignis sapientiæ ales:  
Esse sacratæ bona terna vitæ,  
Quæ virum uxori ligat irretorto  
Fædere soli.

Hic typus primum est thalami superni:  
Alterum crescens soboles olympos:  
Tertium sed casta fides in una  
Carne duorum.

Hæc precor largè tibi ihova præstet  
Singula, & fato cumulet bonis te,  
Quæ suis quondam dedit Ishaaco  
Atque Rebeccæ,

*Samuel Fabricius Islebiensis  
Ecclesiæ Servulus Diaconus.*

*ALIVD.*

*V*erè beatus est, Deo,  
Factus maritus, auspice,  
Pudica quem domi fovet  
Vitæ marita comparis,  
Feracis haud solubili

*Tori*

Tori ligata vinculo.  
Non hic opes Midæ sitit,  
Ducum nec aulas suspicit,  
Habet sed, instar omnium,  
Uxor is unum basium.  
Hanc ardet, hanc amplexibus  
Dulcissimis fovenſ, ſuam.  
Vitam vocat, ſuum decus,  
Suumq; carum corculum.  
Flagrans at illa non minus  
Pari ſuum complectitur  
Fide maritum, mutuis  
Certant amoribus pares.  
Verè tibi jam contigit,  
Benignitate N U M I N I S,  
(Nam casta lecti fædera  
Suum trahunt primordium.  
Ab hoc Prophet a ceu docet,  
Qui primus orbis conditi  
Descripsit incunabula)  
F R I D E R I C E Sponſe, contrahas  
Ut tale matrimonium,  
Cum M A R I A, que laudibus

Majo-



*Majoribus fertur, celer  
Quam nunc Jambus hic exprimit.  
Hunc providus torum suâ  
Deus potenti dexterâ  
Tutetur, omne qui regit,  
Patens quod orbis continet.  
Cohorte nec non Cælicâ  
Sit septus hic, ne noxius  
Dæmon malum huic ullum inferat;  
Sed (insuper quod appreco)  
Amica pax, quies, amor,  
Prolisq; dia gratia  
Beent jugale gaudium.*

Christophorus Teichman Ser-  
vestæ ad B. Nicolai Diaconus f.


ALIVD.

**A** Ndini est vatis: *numero Deus impare gaudet.*  
Annon mens eadem, Sponse diserte, tibi est:  
Artibus ingenuis nam tempora iusta locasti  
In patriâ, legum scita sacrata colens.  
Post tibi cura fuit peregrinas tendere in oras:  
Vt sic augescat nobilitatis hōnor.

Vifcre

Visere nunc tandem sat agis sapienter amænam,  
Ex qua olim referes lata trophyæ, scholam.  
Quid numero hoc melius? peregrinas noscere gentes:  
Acriter & Musis invigilare bonis:  
Coniugis sacris se se submittere flammis.  
Sic viget ingenui nomen honosque viri.  
Quam felix patria est! tali quæ gaudet alumno:  
Qui mores hominum novit: & arte valeat.  
Quam felix Sponsa est! Sat agit cui Sponsus amore,  
Non fera, mitia sed bella movere, suu.  
Quid vestro grater thalamo, non conspicor: illum  
Cum cingant almi præmia magna Dei.  
Hoc saltem precor: ut siant ne tadia teda:  
Nec dulcis thalami, tristis amaror, amor.  
Sed casto placidi soles in amore terantur:  
Largiter & thalamus LACTE MER Oq; suat.  
Finio. Dic, & eris duplo mihi nomine dives,  
Quidnam contineant L A C q; M E R U M q; boni?

*Abrahamus Cremerus, Minister  
verbi divini Servestæ ad B. Barthol.*



### Ad Dn. Sponsum.

**S**PONSE, locis variis plures non segniter annos  
Cum sis se etatus iura sacra ta Fori,  
Non mirum, Vidua, sed adhuc florentibus annis,  
Te luvenem spreta Virgine amore capi.  
Coniugis, Hec certe, quoties modò cung prioris  
Poscebat curas Curia nostra graves,

B

Addi-

*Addidicit perquam tractare negotia caue,  
Quæ poscit Curi plurima plena Domus.  
Hec Te iura Fori profidente M A R I A fidelis  
Tractabit studio sedula iura Tori.  
Nempe ita successu gaudet res pura secundo,  
Si faciant partes Femina virque suas.*

*M. Petrus à Ihena Schole-Senatoria Magister.*



*Adornatissimum & doctissimum virum*

*Dn. FRIDERICUM HAMELIUM.  
LL. Candidatum, Sponsum &c.*

**D**egeneres animos honor inflat & incitat , ipsos  
Ne dubitent notos dissimulare suos.  
Aet non elatos facit oblitusque suarum  
Hos, artes Musæ quos docuere bonas :  
Hinc, quamvis Viduâ potiaris Consulis ipsa ,  
Non FRIDERICE, tamen turgida corda geris.  
Quin jurem , quid non quicquam mutatus ab ipso  
Sis FRIDERICO , qui cognitus antè fuit.  
Quodque alium nollet viduum transcendere lectum  
Quam te, ZIGLERIUS, consul honore gravis:  
Hoc tua sedulitas, probitas, moresque decentes  
Et doctis meruit vita probata viris.  
Quam bene convenient inter se in amore iugali,  
Consulis & natus, Consulis & vidua,  
Ambo pares ortu, fortuna , moribus ambo ;  
Mores per similes conciliatur amor.

*Iura*

Iuratus, FRIDERICE, pater dat Civibus æqua,  
Consilio meritis, & pietate gravis,  
Cuius in officio lucet prudentia, candor,  
Virtus, atque expers fraude doloque fides.  
Tu patris in mores is natus, criminè gestus,  
Atque tui mores, verba doloque carent:  
Hinc tibi plebs, proceres, patresque favere videntur,  
Immemor ipsi tui nec pater esse potest.  
Ast non emergant, quorum virtutibus obstant  
Invidi, & is, cui spes fidere maxima erat.  
Neverò nimirum fides, FRIDERICE, favori:  
Nam favor ut vapor est, sentit uterque vicem.  
Fidere, fide Deo, si vis: Confide Iehovæ  
Omni qui meminit tempore se esse patrem.  
Quid faciat mihi homo? cum splendet, strangitur ipse,  
Et semet nulla parte juvare potest:  
En! FRIDERICE, sui sexus en! gloria fulget  
Aucta bonis varijs Sponsa MARIATHA;  
Cuius in creptum virtus perspecta maritum  
Fatali sensus flexit amore tuos.  
Te FRIDERICE colit, suspirat, & ora reflectit  
In te unum, hanc rursum mi FRIDERICE cole.  
Plus jam dicturum, gratissimus, Hesperus, ignis  
Conjugibus, factò fine, tacere jubet.

*M. Iohannes Coppenius.*

*A L I U D.*

**P**raclarum legum studium atq; scientia iuris  
Promovet haud paucos. Exemplo est Sponsus, honesti  
Et pietatis amans, cuius cognitio iuris,

*Vt*



*Vt vidua, fecit, potiretur Consulis, ipsa  
Quam probitas, pietas, vita integra plena Deoq;  
Mens, latirisus, & cum gravitate leporis  
Egregie decorant. Hac inquirenda petenti  
Vxorem; ast illa, certò stultiissima mens est,  
Qui querunt formas, & opes, quos & dat, & auferet.  
Vna eademq; dies. Vestrum sit nomine Christi,  
Felix conjugium, pietas, dilectio constans,  
Vna fides, unum cor, amor, Concordia, paxq;  
Inter vos vigeant, & non discedere tentent.*

Matthæus VVolfius S.

A L I U D.

**E** Ia dies (non fallor) adest, quem semper honestum  
Semper honoratum vult Fridericus Hamel.  
Hunc pia Sponsa petit, quam dilectissima Sponsa  
Pronubus hunc etiam poscit uterq; diem (est:  
Tutibi tegisti sociam, quæ cuncta decenter  
Ferre potest tecum, seu bona, seu mala sint.  
Hanc ergo fidem tu complecteris amore  
Ardenti, sociam corpus ut ipse tuum.  
Vivite felices, concordes vivite semper,  
Vivite pacifici, vosque valete diu.

Ernestus Stelbogen.

F I N I S.



Id 4206  
80

ULB Halle  
004 167 287



f

Sb

\*80  
Stk. 18 u. 25 nicht in PICA,  
da Hechr.

EO-Bg

Jul. 01

24 VD 17

ME



# Farbkarte #13

B.I.G.



XLVI  
 PTIAS  
 , jurisq; scientia  
 juvenis  
 D E R I -  
 ELII, LL.  
 dati:  
 q; prudentissimi  
 E L s Senioris, in-  
 estanæ Primarii  
 SPONSI,  
 æ M A R I A E, Viri  
 ate & pruden-  
 tici, i  
 RI, Reipub. Serve-  
 è defuncti, re-  
 SPONSÆ,  
 ebratas  
 rts, Anno Christi  
 XIII..  
 ta ab amicis &  
 ous.  
 STAË,  
 rias Dörfferus.

